Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/311531

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

20.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ANTONIUS PETRUS SNOUCK HURGRONJE,

**Medioburgo-Zelandus.**

A. D. VI MENSIS DECEMBRIS ANNI MDCCCLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD POST UITERWEER & Soc.

MDCCCLVI.

Ex officina Typographica GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

I.

Non adsentior MÜHLENBRUCHIO (Doctr. Pand. II. § 567 f.) peculium ipso jure apud filium manere, si bona paterna publicantur.

II.

In actione furti duplum vel quadruplum non unice veri pretii, sed etiam ejus quod interest praestatur.

III.

Per transmissionem juris deliberandi, excluditur substitutus.

IV.

Si procurator, cui res tradita est, ut eam domino acquirat, apprehendit animo sibi habendi tamen mandanti acquiritur.

V.

L. 28 D. de pactis dotal. conciliari potest cum L. 20 D. soluto matrimonio.

VI.

Non facio cum ampliss. DIEPHUIS (VI. 982), eum qui neglecta compensatione solverit, condictione indebiti agere posse.

VII.

Praescriptio etiam prodest ei qui vim fecit, vel

possessionem precario nactus est, conductori, depositario, fructuario, nec obstant artt. 1993 et 1996 C. C.

VIII.

Minor depositarius condemnatus ex art. 408 C. P., civiliter conveniri nequit, nisi quatenus locupletior factus est.

IX.

Qui famulos conductos dimittit ante diem, ex quo operarum praestatio incipere debebat, non tenetur ex art. 1639 C. C.

X.

Art. 433 C. C. verba »*welke in staat zijn*" ita videntur interpretanda, ut illi, qui se ob justam causam excusaverint, iis non contineantur.

XI.

In art. 953 C. C. non continentur apothecarii, qui unice medicamenta praestiterunt testatori.

XII.

In art. 710 C. C. verbo »*bezit*" non indicari vi detur, ut vult clariss. OPZOOMER, usucapio.

XIII.

Non facio cum sententia tribunalis Silvaducensis 8 Jun. 1842, ab heredibus qui demum post citationem se ab hereditate abstinuerunt, impensas litis esse ferendas.

XIV.

Dominium literarum cambialium indossamento transferri potest, licet trassatus forocessit.

XV.

Non facio cum adnot. Amstel. ad art. 896 C. M. forocedentem audiendum esse a tribunali, si creditores se restitutioni in integrum opposuerint.

XVI.

Concordatum, quod dicitur, ab heredibus offerri

nequit, decoctionis declaratione post mortem rogata.

XVII.

Art. 341 C. P. officialem munere suo abutentem non contineri, contra sententiam Curiae Cassationis 25 Maji 1832 defendo.

XVIII.

Usuraria pravitas nunc apud nos puniri nequit.

XIX.

Improbanda mihi videtur opinio ampl. GODEFROI (Jaarb. I. 421) vim art. 404 C. P. ratione proxenetarum lege 10 Maji 1837 sublatam esse.

XX.

Art. 24 Leg. Municip. prohibentur senatores res immobiles municipio vendere vel locare.

XXI.

Specimina legum ab inferiori coetu ordinum gene-

ralium ante dissolutionem probata, superiori ordini offerenda sunt.

## XXII.

Foedera cum civitate quadam inita generaliter vim suam retinent, mutata licet ejus regiminis forma.